MORTILOGIUM SANCTORUM

Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 109v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

December

Emerita urbem passio sancte Julie que fuit
commirginalis beate Eulalie quamque
illi ad passionem properanti indi-
vidua comes et sodalis adhesit.
Item apud Hispolitanam civitatem
sanctorum martirum Carpofori presbiteri et Abun-
dii diaconi qui persecucione Diocleciani
sub iudice Marciano in confessione
Christi primo fustibus crudelissime cesi sunt.
Deinde in carcerem negato cibo et
potu retrusi. Unde per angelum educti
et verbum Dei predicantes iterum tenti
ac ipsorum lapidibus concussa sunt
cervicesque eculeo torti et post hec
diu in carcere macerati novissime
gladio percussi sunt. Vienne
sancti Sindulfi episcopi.

3ri B Apud civitatem Spoletanam sanctorum
martirum Carpophori presbiteri et aliorum.
Danielis prophete. Rome Damasi
pape qui rexit ecclesiam annis x et
viii et mensibus tres dies duos. Hic
constituit ut psalmi die noctuque
canerentur per omnes ecclesias. Hic multa
corpora sanctorum requisivit et invenit
quorum memoriam etiam versibus decla-
ravit. Item Rome natale sanctorum
martirum Ponciani Pretextati atque
Trasonis qui preclarus et locuples
de facultatibus suis ad christianorum
sanctorum multis in carceribus et metallis
dampnatis victum ministrabat per ...